

## quintus

**Q**uintanae provinciae longitudo, clxx. m. passuum est. & gens in ea quodam praecipua man-  
roru: unde nomen provinciae: quos plerique maurusios dixerunt. Attenuata bellis ad pauca: re-  
didit familias. Proxima illi massyloru fuerat: sed simili modo extincta est. Getulae nunc tenet  
gentes: bannurri: multoque validissimi autololes. Et horu pars quondam uesuni: quae auulsi iis  
propriam facere gentem uersi ad aethiopas. Ipsa provincia ab oriente motosa fert elephantos. In abila quoque  
more & quo septem fratres a simili altitudine appellat fretum iminenti iuncti abila. ab iis ora interni ma-  
ris Flumen tamuda nauigabile quondam & oppidum. Flumen laud & ipsum nauigiorum capax. Rusar-  
dit oppidum & portus maluana. Fluius nauigabilis siga. Oppidum ex ad uerso malacae in hispania  
sita Syphacis regia alterius iam mauritaniae. Namque diu regum nomina optinuerunt: ut bogudiana appel-  
latur extrema. Itemque Bocchi quae nunc caesariensis. ab ea portus magnus arspatio appellatus ciuium ro-  
manorum oppidum. Amnis mullucha Bocchi massylorumque finis. Quia cenitana peregrinorum  
oppidum. Arsennaria: latinoru tria. mil. passuum a mari Carcena colonia Augusti: legio secunda. Item colo-  
nia eiusdem deducta cohorte praetora gunugii. promontorium Appolinis. Oppidumque ei celeberrimum  
caesarea antea uocatum iolubae regia a Diuo Claudio colonia iure donata eiusdem iussu deductis ue-  
teranis. Oppidum nouum & latius datum tipasa. Itemque a Vespasiano imperatore eodem munere donatum  
icosio. Colonia Augusti susconiae Ruscuriu ciuitate honoratum a Claudio. Rusasus colonia Augusti  
Salde colonia eiusdem: igilgili oppidum. Tuca impositum mari & flumini ampaga. Intus colonia au-  
gusta quae item succa: baritem. tubi: subtum. Ciuitates timici: tigauae. Flumina. isarges: gesnabades: sarda-  
na: lauerna: barginina: turebi: flumen usariens nauigabile. flumen ampaga abest a caesarea. ccxxxiii.  
mil. passuum. Vtriusque mauritaniae longitudo. d. ccc. mil. passuum. xxxix. m. Latitudo. cccclxvii. mil. pas-  
sum.

Numidia

Capi. iiii.

**A**mpaga numidia est Massinissae clara nomine: metagonitis terra a graecis appellata. Nu-  
midiae uero nomades a permutandis papilionibus mapalia sua hoc est domus plaustris cir-  
ciferetes. Oppida cullu ruscade. Ab ea ad. xlviii. mil. passuum in mediterraneo colonia cirtha-  
sianoru cognoscitur: & alia intus sicca: liberumque oppidum bulla regia. Et in ora tacatua hip-  
po regius. flumen armua. Oppidum tabrachaciuum ro. Tusca fluius numidiae finis. nec praeter mar-  
moris numidici ferarumque prouentum aliud insigne.

Africa.

Capi. iiii.

**A**mpaga zeugitana regio & quae proprie uocetur africa est. Tria promontoria: candidum: mox  
Apollinis aduersum sardiniam. Mercurii aduersum siciliam in altum procurrentia duos effici-  
unt sinus hiponensem proximam ab oppido. quod hipponem dirutum uocant diarrhitum a  
graecis dictum propter aquarum irrigua. Cui finitimum theudalis immune oppidum longius a littore.  
Deinde promontorium Apollinis: & in altero sinu utica ciuium romanorum Cathonis morte nobilis:  
flumen bagrada. Locus castra cornelia. Colonia carthago: magna in uestigiis carthaginis colonia ma-  
xilla: Oppida carpi: misua. Et liberum clupea in promontorio Mercurii. Item libera curubis neapolis  
Mox africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices uocantur qui bizantium incolunt. Ita appellatur regio.  
cc. mil. passuum. per circuitum fertilitatis eximia cum centesima fruge agricolis scenus reddere terra: hic op-  
pida libera leptis adruentum: ruspina: tapsus. Inde thena. auesinacon: mada: chape: sabrata contin-  
gens syrtim minorem ad quam numidiae & africae ab ampaga longitudo. d. lxxx. mil. passuum. Latitu-  
do qua cognitum est. cc. mil. Ea pars quam africanam appellauimus diuiditur in duas provincias: uete-  
rem & nouam discretas fossas. Inter africanam sequentem & reges thenas usque producta. quod oppi-  
dam a carthagine abest. ccxvii. mil. passuum. Tertius sinus diuiditur in geminos duarum syrtium uadoso  
ac reciproco mari. Disirhoos ad proximam quae minor est a carthagine. ccc. mil. passuum ut polibius  
tradit. Ipsam. c. mil. passuum additu. ccc. mil. ambitu. Et terra haec autem syderum obseruatione nobilis. ad  
eam per desertum harenis perque serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine: & intorsus  
elephantorum solitudines: mox desertum uasta. Vtrinque garamantes ab augylis dierum. xii. itinere distan-  
tes. Super illos fuere ges psyli super quos lacus lycomedis desertis circundatis. Augylae ipsi medio fe-  
re spatio locantur ab aethiopia quae occidentem uergit: & a regione quae duas syetes interiacet par utri-  
que interuallo: sed littore inter duas syetes ducentorum quinquaginta. mil. passuum. Ibi ciuitas oensis. Cy-  
nips fluius ac regio. Oppida neapolis: trapha: abrothonum: leptis altera quae cognominatur magna  
Syrtis maior circuitu. cxxv. m. passuum. aditu autem. cccxiii. mil. Inde accollit gens cispadum. In inti-  
mo sinu fuit ora lothophagon: quos quidamalachroas dixerunt ad philenorum aras ex harena sunt: ea  
Ab iis non procul a continente palus uasta ad amnem tritonem: & nomenque ab eo accepit: palantias  
appellata a Calimacho: & citra minorem syrtim esse dicta: multis uero inter duas syetes. Promonto-  
rium quod maiorem includit borion appellatur: ultra caenerai prouincia. Ad hunc finem africa a fluiuo  
ampaga populos. xxy. habet qui romano parent imperio. In iis colonias sex praeteriam supradictas  
uthinam tububin. Oppida ciuium romanorum. xv. ex quibus in mediterraneo dicenda abfuritanum:  
abutucense: ab oriente canophium: chimanense: simittuense: thunusidense: tuburucense: tybibrumense

f ii

Malua

Xenitana

Rufarus

Dilutū

Bilatū  
Aules